

9116 imp. Antoni|no Aug. Pio p. | pat. vexilatio<sup>1</sup> | leg. II Aug. et leg. | VI Vic. et leg. | XX V. v.<sup>2</sup> con|buti<sup>3</sup> ex Ger.<sup>4</sup> du|obus (*sic*) sub Iulio Ve|ro<sup>5</sup> leg. Aug. pr. p.

*Newcastle in alveo fl. Tyne rep. a. 1903 (Eph. ep. 9, 1163 vidit Haverfield Archaeologia Aeliana XXV p. 140 imaginem). — 1) Cf. not. 3. — 2) Tres legiones Britanniae, cf. supra N. 2288. 2480. 2482. — 3) Ser. contributi. Cf. supra N. 2317. Intellege vexillarios extra ordinem ex Germania in Britanniam contributos, tribusque legionibus Britannicis destinatos sed nondum distributos et in ipso portu adhuc tendentes (Haverf.). Cf. infra N. 9265/6. — 4) Germaniis. — 5) Legatus Britanniae fuit a. 158, teste titulo rep. Birrens in Caledonia (Eph. ep. 9, 1230). Idem paullo postea, a. circ. 164, fuit legatus Syriae, supra N. 5864. Eiusdem videtur esse titulus supra N. 1057, diu accephalus, sed nunc, reperto eius fragmento superiore N. 8974, Iulio Vero redditus.*

9117 imp. Caes. M. Aure. Antoni. | Aug. Germ., vex. le. XV Apl. et | XII Ful.<sup>1</sup> fec. sub C. Arri. | Antoninus (*sic*)<sup>2</sup> preses (*sic*) p., | Pop. Maeri[n.] trb. ch. ∞ eq. c. R.<sup>3</sup> | et Tit. Aur. Varus 7 leg. XV Apl. | prepositi . . .

*Edschmiadzín (Rostowzew Izvestija russk. archeolog. Komm. 1909). — 1) Legiones duae Cappadociae, cf. supra N. 2288. 5549. 394 (qui titulus in eadem regione positus est a vexillatione legionis decimae quintae Apollinaris). — 2) Idem qui supra N. 1118. 1119. Legatum Cappadociae eum fuisse notum erat ex titulis eius provinciae Cagnat inscr. Gr.-Rom. III 100. 129. — 3) Cohors haec miliaria equitata civium Romanorum praeterea ut videtur ignota (nisi forte haec memoratur supra N. 1394).*

9118 Nept. Aug. sac. | vexil. leg. I Ital. | M.<sup>1</sup> et V Ma. D.<sup>2</sup> Trop|a[e]i<sup>3</sup> sub curam | Eptidi Modesti | 7 leg. V Mac. et | Valeri Clementis | 7 leg. I Ital. | v. s. l. m.

*Kadiköi (inter Totrokan et Silistriam) rep., nunc Bucaresti (III 14433 vidit Tocilescu). — 1) Italicae Moesiae. — 2) Macedonicae Daciae. Tegulis repertis Potaissae impressum est LEG V D (legio quinta Dacia); edidit eas Téglás Herm. 1909 p. 152. — 3) Tropaei (cf. supra ad N. 9107), sc.: agentes. Titulum positum esse tempore belli Marcomanici coniecit Domaszewskius.*

9119 in h. d. d. I. o. m. | Dolicheno | vexil. leg. XXII | Pr. p. f[f.]<sup>1</sup> agentium | in lignaris<sup>2</sup> | sub principe T.<sup>3</sup> | Volusinio | Sabino et Ho|noratio De|ntil[?]ano opt., | Apro et Maxi|mo cos.<sup>4</sup> (*in latere sin.: fulmen; ex anaglypho lateris dextri superest Capricornus*).

*Obernburg ad Moenum p. a. 1889 rep. (XIII 6623 vidit Zangemeister). — 1) PE errore incisum pro P. F. — 2) Etiam titulum vicini loco Treunfurt videntur posuisse vexillarii legionis duodevicesimae Primigeniae ag. lign. (XIII 6618; sed lectio non omnino certa). Cf. etiam supra N. 2484 (not. 4). — 3) T. aut P. aut L. — 4) A. 207.*

9120 Herculi Saxsano<sup>1</sup> | vexillari le. XXI Ra. | et auxilia eorum ch|ortes V, qui sunt sub | L. Pompeio Secundo 7 | le. XXI v. s. l. m.